

67. *nec alia ulla vox in totâ primâ periodo de creatione mundi occurrat, quæ non ad genus sive sphæram rerum sensilium & corporalium necessariò referenda sit:*
68. *intelligitur utique necessariò, Angelos, hoc est, substantias incorporeas & insensiles, in primâ voce rerum creatarum, nempe SCHAMAJIM intelligendos esse.*
69. *Qui cum in initio prima, in initio secunda, in initio tertiæ periodi, communiter nominentur:*
70. *in secundâ parte tertiæ periodi; postquam quæ de terrâ & terrenis, statim post Schamajim initio in singulis periodis nominatos subjūgūtur, dicta satis & completa fuerunt, nominantur quod ad partem certam, nempe Nachásch, serpentem.*
71. *Sicut & in fine ejusdem periodi nominantur quod ad alteram partem, nempe Cherubim:*